

Feria IV infra Hebdom. II post Oct. Paschæ.

Ad Matutinum.

D

Omine, lábi-a me-a apé-ri-es. R. Et os me-um annunti-ábit laudem tu-am.

Invitatorium.

Lc. 24, 34; Psalmus 94; H232

VI
V

Ení-te, exsultémus Dómino, iubi-lémus De-o, sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confes-si- ó-
ne, et in psalmis iubi-lémus e- i. Surré-xit Dómi-nus ve-re, * Al-le- lú- ia. Quóni-am De-us magnus Dóminus,
et rex magnus super omnes de- os. Quóni-am non repéllet Dóminus plebem su-am, qui-a in manu e-ius sunt omnes
fi-nes ter-ræ, et alti-túdi-nes mónti-um ipse cónspi-cit. Al-le- lú- ia. Quóni-am ipsí-us est ma-re, et ipse
fe-cit illud, et á-ri-dam funda-vé-runt ma-nus e- ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um, plo-rémus co-ram
Dómino, qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus, De-us no-ster, nos autem pópu-lus e- ius, et o-ves páscu-æ e- ius.

Surré-xit Dómi-nus ve-re, * Al-le- lú- ia. Hódi-e, si vo-cem e-ius audi- é-ri-tis: « No-lí-te obdu-rá-re corda
vestra, si-cut in exacerba-ti-ónē secúndum di-em tenta-ti-ónis in de-sérto: ubi tenta-vé-runt me pa-tres vestri:
proba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me- a. Al-le- lú- ia. Quadra-gínta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti- óni hu-ic,
et di-xi: Semper hi er-rant cor-de. Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi-as me-as: quibus iu-rá-vi in i- ra me- a:
Si intro-íbunt in réqui- em me- am. » Surré-xit Dómi-nus ve-re, * Al-le- lú- ia. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-
rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in prin-cí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sácu-ló-rum. Amen. Al-le- lú- ia.

IV

R

Ex sempi-térne á-li-tum, Re-rum Cre- á-tor ómni-um, Æquá-lis ante sácu-la Semper Pa-rénti Fí-li-us:
Na-scénte qui mundo faber Imá-gi-nem vultus tu-i Tradens Adámo, nóbì-lem Limo iu-gá-sti spí-ri-tum.
Cum li-vor et fraus dámonis Foedásset humánum genus: Tu car ne amíctus, pérdi-tam Formam re-fórmas árti-fex.
Qui na-tus o-lim e Vírgi-ne, Nunc e se-púlcro násce-ris, Tecúmque nos a mórtu-is Iubes se-púltos súrge-re.
Qui, pa-stor æ-térnus, gregem Aqua la-vas baptísma-tis: Hæc est la-vácrum ménti-um; Hæc est se-púlcrum críminum.
No-bis di-u qui dé-bi-tæ Redémptor affí-xus cru-ci, Nostræ de-dísti pródigus Pre ti um sa-lú-tis sángui-nem.
Ut sis pe-rénne méntibus Paschá-le, Ie-su, gáudi-um, A mórté di-ra críminum Vi-tæ re-ná-tos lí-be-ra.
De-o Pa-tri sit glo-ri-a, Et Fí-li-o, qui a mórtu-is Surré-xit, ac Pa-rácli-to, In sempi-térna sácu-la. A-men.

Psalmus 1.

Ig
A l-le-lu-ia, * alle-lu-ia, alle-lu-ia.

Ps. 44, 2-10

Eructá-vit cor me-um ver- - bum bo- - num, * di-co ego ópe-ra me-a Re- - gi.

Lingua mea, cálamus scribæ * velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ filiis hóminum, diffusa est grátia in lábiis tuis, * proptérea benedíxit te Deus *in æténum*.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssime,

Spécie tua, et pulchritúdine tua, * inténde, próspera procéde, *et regna*.

Propter veritátem, et mansuetúdinem, *et iustítiā*, * et dedúchet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in sǽculum sǽculi, * virga directiόnis, virga regni tui.

Dilexísti iustítiā, et odísti iniquitátem: * proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis, * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Astitit regína a dextris tuis in vestítu deauráto, * circumdáta varietáte.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sǽcula sǽculórum. Amen.

Psalmus 2.

Ps. 44, 11-18



Audi, fí-li-a, et vi-de, et inclína au- - rem tu- - am, * et obli-vísce-re pópu-lum tu-um, et domum patris tu- - i.
Et concupíscet Rex decórem tuum, * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum.
Et filiæ Tyri in munéribus, * vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis.
Omnis glória eius filiæ Regis ab intus, * in fímbriis áureis circumamícta varietátibus.
Adducéntur Regi vírgines post eam: * próximæ eius afferéntur tibi.
Afferéntur in lætítia, et exsultatióne, * adducéntur in templum Regis.
Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos príncipes super omnem terram.
Mémores erunt nóminis tui, * in omni generatióne, et generatióнем.
Proptérea pópuli confitebúntur tibi in æténum: * et in sáculum sáculi.
Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.
Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.



De-us noster re-fúgi- um, et vir- - tus: * adiú-tor in tribu-la-ti-ónibus, quæ invené-runt nos ni- - mis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra; * et transferéntur montes *in cor maris*.

Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum: * conturbáti sunt montes in fortitúdine eius.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio eius, non commovébitur: * adiuvábit eam Deus mane *dilúculo*.

Conturbátæ sunt Gentes, et inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster *Deus Iacob*.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, † quæ pósuit prodígia super terram: * áuferens bella usque ad *finem terræ*.


Arcum cónteret, et confrínget arma: * et scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus: * exaltábor in Géntibus, et exaltábor *in terra*.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster *Deus Iacob*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.



Magnus Dóminus, et laudá-bi-lis ni- - mis * in ci-vi-tá-te De-i nostri, in monte sancto e- - ius.

Fundátur exsultatióne univérsæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus eius cognoscétur, * cum suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt: * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, † conturbáti sunt, commóti sunt: * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis: * in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, † in civitáte Dei nostri: * Deus fundávit eam in æténum.

Suscépimus Deus misericórdiam tuam, * in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, † sic et laus tua in fines terræ: * iustítia plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion, et exsúltent filiæ Iudæ, * propter iudícia tua Dómine.


Circúmdate Sion, et complectímini eam: * narráte in túrribus eius.

Pónite corda vestra in virtúte eius: * et distribúite domos eius, ut enarrétis in progénie álera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in æténum, et in sáculum sáculi: * ipse reget nos in sácula.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.



Audí-te hæc, om- - nes gen- - tes: * áuribus percí-pi-te omnes, qui ha-bi-tá-tis or- - bem:

Quique terrígenæ, et filii hóminum: * simul in unum dives *et pauper*.

Os meum loquétur sapiéntiam: * et meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábola aurem meam: * apériam in psaltério propostiónem meam.

Cur timébo in die mala? * iníquitas calcánei mei circúmdabit me:

Qui confidunt in virtúte sua: * et in multitúdine divitiárum suárum gloriántur.

Frater non rédimít, rédimet homo: * non dabit Deo placatióñem suam.

Et prétium redemptiónis ánimæ suæ: * et laborábit in ætérnum, et vivet adhuc in finem.

Non vidébit intéritum, cum víderit sapiéntes moriéntes: * simul insípiens, et stultus períbunt.

Et relínquent aliénis divítias suas: * et sepúlcra eórum domus illórum in ætérnum.

Tabernácula eórum in progénie et progénie: * vocavérunt nómina sua in terris suis.


Et homo, cum in honóre esset, non intelléxit: * comparátus est iuméntis insipiéntibus, et símilis factus est illis.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 6.

Ps. 48, 14-21



Hæc vi-a illó-rum scánda-lum ip- - sis: * et póste-a in o-re su-o complacé- - bunt.

Sicut oves in inférno pósiti sunt: * mors depáschet eos.

Et dominabúntur eórum iusti in matutíno: * et auxílium eórum veteráschet in inférno a glória eórum.

Verúmtamen Deus rédimet ánimam meam de manu ínferi: * cum accéperit me.

Ne timúeris, cum dives factus fúerit homo: * et cum multiplicáta fúerit glória domus eius.

Quóniam cum interérerit, non sumet ómnia: * neque descéndet cum eo glória eius.


Quia ánima eius in vita ipsíus benedicétur: * confitébitur tibi cum beneféceris ei.

Introíbit usque in progénies patrum suórum: * et usque in ætérnum non vidébit lumen.

Homo, cum in honóre esset, non intelléxit: * comparátus est iuméntis insipiéntibus, et símilis factus est illis.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.



De-us de-ó-rum, Dómi-nus locú-tus est: * et vo-cá-vit ter- - ram,

A solis ortu usque ad occásum: * ex Sion spécies decórís eius.

Deus maniféste véniet: * Deus noster et *non silébit*.

Ignis in conspéctu eius exardéscet: * et in circúitu eius tempéstas válida.

Advocábit cælum desúrsum: * et terram discérnere pópulum suum.

Congregáte illi sanctos eius: * qui órdinant testaméntum eius super *sacrificia*.

Et annuntiábunt cæli iustítiam eius: * quóniam *Deus iudex* est.

Audi, pópulus meus, et loquar: † Israël, et testificábor tibi: * Deus, Deus *tuus* ego sum.

Non in sacrificiis tuis árguam te: * holocáusta autem tua in conspéctu meo *sunt semper*.

Non accípiam de domo tua vítulos: * neque de grégibus *tuis hircos*.

Quóniam meæ sunt omnes feræ silvárūm: * iuménta in móntibus et boves.

Cognóvi ómnia volatília cæli: * et pulchritúdo *agri* mecum est.

Si esuríero, non dicam tibi: * meus est enim orbis terræ, et plenitúdo eius.

Numquid manducábo carnes taurórum? * aut sanguinem hircórum potábo?

Immola Deo sacrificium laudis: * et redde Altíssimo vota tua.


Et ívoca me in die tribulatiónis: * éruam te, et honorificábis me.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 8.

Ps. 49, 16-23



Pecca-tó-ri autem di- - xit De- - us: * Qua-re tu enárras iustí-ti- as me-as, et assúmis testaméntum me-um per
os tu- - um?

Tu vero odísti disciplínam: * et proiecísti sermónes meos retrórsum:

Si vidébas furem, currébas cum eo: * et cum adulteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítia: * et lingua tua concinnábat dolos.

Sedens advérsus fratrem tuum loquebáris, † et advérsus filium matris tuæ ponébas scándalum: * hæc fecísti, et tacui.


Existimásti, iníque, quod ero tui símilis: * árguam te, et státuam contra fáciem tuam.

Intellégite hæc, qui oblívisci míni Deum: * nequándo rápiat, et non sit *qui erípiat*.

Sacrificíum laudis honoríficábit me: * et illic iter, quo osténdam illi salutáre Dei.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.



Mi-se-ré-re me- - i De- - us, * secúndum magnam mi-se-ri-córdi-am tu- - am.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto *meo* munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et peccátum meum contra *me est semper*.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut iustificérис in sermóribus tuis, et vincas cum *iudicáris*.

Ecce enim in iniquitábus concéptus sum: * et in peccátis concépit me *mater mea*.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occulta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lätítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes *meas* dele.

Cor mundum crea in me Deus: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne proiícias me a fácie tua: * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lätítiam salutáris tui: * et spíritu principáli *confirma* me.

Docébo iníquos vias tuas: * et ímpii ad te *converténtur*.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ: * et exsultábit lingua mea iustítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísse sacrificium, dedísssem útique: * holocáustis non *delectáberis*.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum et humiliátum Deus non despícies.


Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri *Ierúsalem*.

Tunc acceptábis sacrificíum iustítiae, oblationes et holocáusta: * tunc impónent super altáre *tuum* vítulos.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.

A




V. Gavísi sunt discípuli, allelúia. **R.** Viso Dómino, allelúia.

Pater noster.

Absolutio.


A



Víncu-lis pecca-tó-rum nostró-rum * absólvat nos omnípo-tens et mi-sé-ri-cors Dóminus. **R.** Amen.

Benedictio.

I



ube Domne bene-dí-ce-re. Ille nos bene-dí-cat, * qui si-ne fi-ne vi-vit et regnat. R. Amen.

Lectio I.

Ac. 20, 17-24

De Actibus Apostolórum.

A Miléto autem mittens Ephesum, vocávit maióres natu ecclésiæ. Qui cum veníssent ad eum, et simul essent, dixit eis: Vos scitis a prima die qua ingréssus sum in Asiam, quáliter vobíscum per omne tempus fúerim, sérviens Dómino cum omni humilitáte, et lácrimis, et tentatióribus, quæ mihi accidérunt ex insídiis Iudæórum: quómodo nihil subtráxerim útilium, quóminus annuntiárem vobis et docérem vos, públice et per domos, testíficans Iudáis atque gentílibus in Deum pœniténtiam, et fidem in Dóminum nostrum Iesum Christum. Et nunc ecce alligátus ego spíritu, vado in Ierúsalem: quæ in ea ventúra sint mihi, ignórans: nisi quod Spíritus Sanctus per omnes civitátes mihi protestátur, dicens quóniam víncula et tribulatiónes Ierosólymis me manent. Sed nihil horum véreor: nec fácio ánimam meam pretiosiórem quam me, dúmmodo consúmmem cursum meum, et ministérium verbi quod accépi a Dómino Iesu, testificári Evangélium grátiæ Dei.

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R. Deo grátias.

Responsorium 1.

R. Aug. Serm. 362; V. ibid. Enarr. in Psalmos: Ps: 102, sermo 2; H203

II

C Hristus re-súr-gens * ex mórtu-is, iam non mó-ri-tur: mors il-li ul-tra non domi-ná-bi-tur: †

Quod e-nim vi-vit, vi-vit De-o, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia. V. Mór-tu-us est semel propter de-lícta
no-stra, et re-surré-xit propter iusti-fi-ca-ti-ónem no-stram. † Quod.

Benedictio.

I

ube Domne bene-dí-ce-re. Di-vínum auxí-li-um * máne-at semper nobíscum. R. Amen.

Lectio II.

Ac. 20, 25-31

Et nunc ecce ego scio quia ámplius non vidébitis fáciem meam vos omnes, per quos transívi prædicans regnum Dei. Quapropter contéstor vos hodiérna die, quia mundus sum a sanguine ómnium. Non enim subterfugi, quóminus annuntiárem omne consílium Dei vobis. Atténdite vobis, et univérso gregi, in quo vos Spíritus Sanctus pósuit epíscopos régere ecclésiam Dei, quam acquisívit sanguine suo. Ego scio quóniam intrábunt post discessiónem meam lupi rapáces in vos, non parcéntes gregi. Et ex vobis ipsis exsúrgent viri loquéntes pervérsa, ut abdúcant discípulos post se. Propter quod vigiláte, memória retinéntes quóniam per triénnum nocte et die non cessávi, cum lácrimis monens unumquémque vestrum.

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R. Deo grátias.

Responsorium 2.


R. Io. 10, 11; V. I Cor. 5, 7; H237

I

Surréxit pastor bo-nus, * qui pósu-it ániam su-am pro ó-vi-bus su-is, et pro su-o gre-ge
 mo-ri digná-tus est: † Alle-lú- ia, alle- lú- ia, al- le-lú- ia. V. E-tenim Pascha no-strum immo-lá-tus
 est Chri-stus. † Alle-lú- ia. V. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i San-cto. † Alle-lú- ia.

Benedictio.

I



ube Domne bene-dí-ce-re. Ignem su-i amó-ris accéndat * De-us in córdibus nostris. R. Amen.

Lectio III.

Ac. 20, 32-38

Et nunc comméndo vos Deo, et verbo grátiæ ipsíus, qui potens est ædificáre, et dare hæreditátem in sanctificátis ómnibus. Argéntum, et aurum, aut vestem nullíus concupívi, sicut ipsi scitis: quóniam ad ea quæ mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministravérunt manus istæ. Omnia osténdi vobis, quóniam sic laborántes, opórtet suscípere infírmos ac meminísse verbi Dómini Iesu: quóniam ipse dixit: Beátius est magis dare, quam accípere. Et cum hæc dixísset, pósitus génibus suis orávit cum ómnibus illis. Magnus autem fletus factus est ómnium: et procumbéntes super collum Pauli, osculabántur eum, doléntes máxime in verbo quod díixerat, quóniam amplius fáciem eius non essent visúri. Et deducébant eum ad navem.

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R. Deo grátias.

III

T

E De-um laudá-mus: * te Dóminum confi-té-mur. Te æ-térnum Patrem omnis terra vene-rá-tur.

Ti-bi omnes Ange-li, ti-bi Cæ-li et uni-vérsæ po-testá-tes: Ti-bi Ché-rubim et Sé-raphim incessá-bi-li vo-ce proclá-mant:

Sanctus: Sanctus: Sanctus Dóminus De-us Sá-ba-oth. Pleni sunt cæ-li et terra ma-iestá-tis gló-ri-æ tu-æ.

Te glo-ri-ósus Aposto-ló-rum cho-rus: Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis núme-rus: Te Mártyr-um candi-dá-tus

laudat ex-érci-tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-té-tur Ecclé-si-a: Pa-trem imménsæ ma-iestá-tis:

Vene-rándum tu-um ve-rum, et úni-cum Fí-li-um: Sanctum quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-æ, Christe.

Tu Patris sempi-térnus es Fí-li-us. Tu ad li-be-rándum susceptúrus hó-mi-nem, non ho-ru-ísti Vírgi-nis ú-te-rum.

Tu de-vícto mortis acú-le-o, ape-ru-ísti credéntibus regna cæ-ló-rum. Tu ad déxte-ram De-i se-des, in gló-ri-a Patris.

Genua nunc flectantur omnia.

Iudex créde-ris es-se ventú-rus. TE ERGO QUÆSUMUS, TU-IS FÁMULIS SÚBVE-NI, QUOS PRE-TI-ÓSO SÁNGUI-NE REDEMÍSTI.

Æ-térna fac cum Sanctis tu-is in gló-ri-a nume-rá- ri. Salvum fac pópu-lum tu-um Dómi-ne, et béne-dic
he-re-di-tá-ti tu- æ. Et re-ge e-os, et extól-le illos usque in æ-tér-num. Per síngu-los di- es, be-ne-dí-cimus te.

Et laudámus nomen tu-um in sá-cu- lum, et in sácu-lum sácu-li. Digná-re Dómi-ne di-e i-sto si-ne peccá-to
nos custodí-re. Mi-se-ré-re nostri Dó-mi- ne, mi-se-ré-re nostri. Fi- at mi-se-ri-córdi-a tu-a Dómi-ne su-per nos,
quemádmodum spe-rá-vimus in te. In te Dómi-ne spe-rá- vi: non confúndar in æ-tér- num.

Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.

Oratio

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus:

Deus, qui in Fílii tui humilitáte iacéntem mundum erexísti: **†** fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam; ***** ut quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fáciás pérfrui sempitérnis. Per eúmdem Dóminum.

R. Amen.

Conclusio

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia.

R. Deo grátias, allelúia, allelúia.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Ad Laudes.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. R. Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sácu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

VII a A L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, al-le-lú-ia.

Psalmus 50.

Mi-se-ré-re me- - i De- - us, * secúndum magnam mi-se-ri-córdi-am tu- - am.

Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut iustificérис in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitábus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occulta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gádium et lätítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea **in me** Deus: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus **meis**.

Ne proiícias me a fácie **tua**: * et spíritum sanctum tuum ne áuferas **a me**.

Redde mihi lætítiam salutáris **tui**: * et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias **tuas**: * et ímpii ad te **converténtur**.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis **meæ**: * et exsultábit lingua mea iustítiam **tuam**.

Dómine lábia **mea** apéries: * et os meum annuntiábit laudem **tuam**.

Quóniam si voluísse sacrificíum, dedísssem útique: * holocáustis non **delectáberis**.

Sacrificíum Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum et humiliátum Deus **non** despícies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte **tua Sion**: * ut ædificéntur muri Ierúsalem.


Tunc acceptábis sacrificíum iustítiae, oblationes et **holocáusta**: * tunc impónent super altáre **tuum** vículos.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 2.

Psalmus 63.



Exáudi De-us o-ra-ti-ónem me-am cum dépre-cor: * a timó-re in-imí-ci é-ri-pe ánimam me- - am.

Protexísti me a convéntu **malignántium**, * a multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas: † intendérunt arcum **rem amáram**, * ut sagíttent in occúltis **immaculátum**.

Súbito sagittábunt eum, et **non** timébunt: * firmavérunt sibi sermónen nequam.

Narravérunt ut abscónderent láqueos: * dixérunt: Quis vidébit eos?

Scrutáti sunt iniquitátes: * defecérunt scrutántes scrutinio.

Accédet homo **ad** cor altum: * et exaltábitur Deus.

Sagíttae parvulórum factæ sunt plagæ eórum: * et infirmátæ sunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos: * et tímuit **omnis homo**.

Et annuntiavérunt ópera Dei, * et facta eius intellexérunt.


Lætábitur iustus in Dómino, et sperábit in eo, * et laudabúntur omnes **recti corde**.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 3.

Psalmus 64.



Te de-cet hymnus, De-us, in Si - on: * et ti-bi reddé-tur vo-tum in Ie-rú-sa-lem.

Exáudi oratió-nem meam: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos: * et impietáibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegísti et assumpsísti: * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ: * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exáudi nos, Deus, salutáris noster, * spes ómnium finium terræ, et in mari longe.

Préparans montes in virtúte tua, accínc tus poténtia: * qui contúrbas profúndum maris sonum flúctuum eius.

Turbabúntur gentes, et timébunt qui hábitant términos a signis tuis: * éxitus matutíni, et véspera delectábis.

Visitásti terram, et inebriásti eam: * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, † parásti cíbum illórum: * quóniam ita est præparáti o eius.

Rivos eius inébria, multíplica genímina eius: * in stillicídiis eius lætábitur gérminans.


Benedíces corónæ anni benignitatis tuæ: * et campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscens speciós a desérti: * et exsultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, † et valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princíprio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.



A

L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, al-le-lú-ia.

Ig²

D Omi-nus * iudi-cá-bit fi-nes terræ, al-le-lú-ia.

Canticum Annæ, 1 Reg. 2, 1-10

Exsultávit cor me-um in Dómino, * et exaltá-tum est cornu me-um in De-o me- - o:

Dilatátum est os meum super inimícos meos: * quia lætata sum in salutári tuo.

Non est sanctus, ut est Dóminus: † neque enim est álius extra te, * et non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia, * gloriántes.

Recédat vétera de ore vestro: † quia Deus scientiárum, Dóminus est, * et ipsi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est, * et infirmi accíncti sunt róbore.

Repléti prius, pro pánibus se locavérunt: * et famélici saturáti sunt.

Donec stérilis péperit plúrimos: * et quæ multos habébat filios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat et vivíficat, * dedúcit ad íferos et redúcit.

Dóminus páuperem facit et ditat, * humiliat et súblevat.

Súscitat de púlvore egénum, * et de stércore élevat páuperem:

Ut sédeat cum princípibus, * et sólium glóriæ téneat.

Dómini enim sunt cárdives terræ, * et pósuit super eos orbem.

Pedes sanctórum suórum servábít, † et ímpii in ténebris conticéscent: * quia non in fortitúdine sua roborábítur vir.

Dóminum formidábunt adversárii eius: * et super ipsos in cælis tonábit:

Dóminus iudicábit fines terræ, † et dabit impérium regi suo, * et sublimábit cornu Christi sui.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sàcula sàculórum. Amen.

Omi-nus * iudi-cá-bit fi-nes terræ, al-le-lú-ia.


Psalmus 5.

II D

A

L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Psalmus 148.



Laudá-te Dóminum de cæ- - lis: * laudá-te e-um in excél- - sis.

Laudáte eum omnes Angeli eius: * laudáte eum omnes virtútes eius.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cæli cælórum: * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum et in sǽculum sáculi: * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt verbum eius:

Montes et omnes colles: * ligna fructífera et omnes cedri.

Béstia et univérsa pécora: * serpéntes et vólucres pennátæ.

Reges terræ et omnes pópuli: * príncipes et omnes iúdices terræ.

Iúvenes et vírgines: † senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius solíus.

Conféssio eius super cælum et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino cánti-cum no- - vum: * laus e-ius in ecclé-si-a sanctó- - rum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum: * et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: * in týmpano et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pôpulo suo: * et exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltationes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindictam in natiónibus: * increpatíones in pôpulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fácient in eis iudícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis eius.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Laudá-te Dóminum in sanctis e- - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú-tis e- - ius.

Laudá-te eum in virtútibus eius: * laudá-te eum secúndum multitúdinem magnitúdinis eius.

Laudá-te eum in sono tubæ: * laudá-te eum in psaltério et cíthara.

Laudá-te eum in týmpano et choro: * laudá-te eum in chordis et órgano.

Laudá-te eum in cýmbalis benesonántibus: † laudá-te eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.

A

L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Capitulum.

Rom. 6, 9-10

C

Hristus re-súrgens ex mórtu-is iam non mó-ri-tur, mors il-li ultra non dominá-bi-tur. † Quod enim mórtu-us est peccá-to,

mórtu-us est semel: * quod autem vi-vit, vi-vit De-o. **R.** De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Cf. Mt. 28, 6; Cf. Gal. 3, 13

VI

S

Urré-xit Dóminus de sepúlcro, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Surre-xit. **V.** Qui pro nobis pepéndit in ligno.

Alle-lú-ia. **V.** Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Surre-xit.

Hymnus

VIII

A

Uró-ra lu-cis rú-ti-lat, Cæ-lum láudibus íntonat, Mundus exsúltans iúbi-lat, Gemens inférnus ú-lu-lat :
Cum Rex ille fortíssimus, Mortis confráctis ví-ribus, Pede concúlcans tárta-ra, Solvit a poena mí-s-e-ros.
Ille qui clausus lá-pi-de, Custodí-tur sub mí-li-te, Tri-úmphans pompa nóbili, Victor surgit de fúne-re.
So-lú-tis iam gemí-tibus, Et inféreni do-ló-ribus, Qui-a surréx-it Dóminus, Respléndens clamat Ange-lus.
Quásumus, Auctor ómni-um. In hoc paschá-li gáudi-o, Ab omni mortis ímpe-tu Tu-um de-fénde pópu-lum.
Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, Qui surré-xisti a mórtu-is, Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sácu-la. A-men.

Versus.



℣. In re-surrecti-óne tu-a Christe, alle-lú-ia. ℥. Cæ-li et terra læ-téntur, alle-lú-ia.

IV E

I - te, * nunti- á- te frátribus me-is, al-le-lú-ia: ut e-ant in Ga-li-lä- am: i-bi me vi-débunt, alle-lú-ia, al-le-lú-ia,
alle- lú-ia.

Lc. 1, 68-79

Bene-díctus Dóminus *De-us Isra-el*, * qui a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem *ple-bis su- - æ*.

Et eréxit cornu *salútis nobis*, * in domo David *púeri sui*.

Sicut locútus est per *os sanctórum*, * qui a sáculo sunt, *prophetárum eius*:

Salútem ex inimícis **nostris**, * et de manu ómnium *qui odérunt nos*:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus **nostris**: * et memorári testaménti *sui sancti*.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham *patrem nostrum*, * datúrum *se nobis*:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum *liberáti*, * serviámus illi.

In sanctítate et iustítia *coram ipso*, * ómnibus *diébus nostris*.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi *vocáberis*: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre *vias eius*:

Ad dandam sciéntiam salútis *plebi eius*, * in remissiónem peccatórum *eórum*:

Per víscera misericórdiæ *Dei nostri*: * in quibus visitávit nos, óriens *ex alto*:

Illumináre his qui in ténebris et in umbra *mortis sedent*: * ad dirigéndos pedes nostros *in viam pacis*.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et *nunc et semper*, * et in sácula sáculórum. Amen.

The musical notation consists of three staves of neumes on a four-line staff system. The first two staves begin with a large red capital letter 'I'. Red neumes are placed above the top staff, while black neumes are placed below both staves. The third staff begins with a small red 'I' and continues with black neumes. The lyrics are written below the staves: 'Alleluia, * nuntiáte frátribus meis, alle-lú-ia: ut e-ant in Ga-li-lá- am: i-bi me vi-débunt, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.'


Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniæ.




K Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.




P Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,
si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,
sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:



D Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:



V. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me- am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. De-us, qui in Fí-li- i tu-i humi-li-tá-te ia-céntem mundum e-re-xísti: † fi-dé-libus tu-is perpé-tu-am

concéde læ-tí-ti-am; * ut quos perpé-tu-æ mortis e-ripu-ísti cá-sibus, gáudi- is fá-ci-as pérfru-i sempí-térnis.

Per e-úmdem Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te

Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sácu-la sácu-ló-rum. R. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum. Postea cantatur a cantore:

VII
B

Ene-di-cámus Dó- mino. R. De- o grá- ti- as.

Ad Vespertas.

D

E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. R. Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sácu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

III g A

L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, al-le-lú-ia.

Psalmus 134.

Laudá-te no- - men Dómi-ni, * laudá-te, ser- - vi, Dóminum.

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus: * psállite nómini eius, quóniam suáve.

Quóniam Iacob elégit sibi Dóminus, * Israël in possessiónem sibi.

Quia ego cognóvi quod magnus est Dóminus, * et Deus noster præ ómnibus diis.

Omnia quæcúmque voluit, Dóminus fecit in cælo, et in terra, * in mari, et in ómnibus abýssis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ: * fúlgura in plúviam fecit.

Qui prodúcit ventos de thesáuris suis: * qui percússit primogénita Ægýpti ab hómine usque ad pecus.

Et misit signa, et prodígia in médio tui, Ægýpte: * in Pharaónem, et in omnes servos eius.

Qui percússit gentes multas: * et occidit reges fortes:

Sehon, regem Amorrhæórum, et Og, **regem Basan**, * et ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hereditátem, * hereditátem Israël, pôpulo suo.

Dómīne, nomen tuum **in ætérnum**: * Dómīne, memoriále tuum in generatióne et generatióne.

Quia iudicábit Dóminus pôpulum suum: * et in servis suis deprecábitur.

Simulácrā géntium argéntum, et aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, et **non loquéntur**: * óculos habent, et **non vidébunt**.

Aures habent, **et non áudent**: * neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea: * et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israël, benedícite Dómino: * domus Aaron, benedícite Dómino.

Domus Levi, benedícite Dómino: * qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.


Benedíctus Dóminus ex Sion, * qui hábitat **in Ierúsalem**.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et **nunc et semper**, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 2.

Psalmus 135.



Confi-témi-ni Dómino quóni-am bo- - nus: * quóni-am in æ-térnum mi-se-ri-córdi-a e- - ius.

Confitémini Deo deórum: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Confitémini Dómino dominórum: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui facit mirabília magna solus: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui fecit cælos in intelléctu: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui firmávit terram super aquas: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui fecit luminária magna: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Solem in potestátem diéi: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Lunam, et stellas in potestátem noctis: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui percússit Ægyptum cum primogénitis eórum: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui edúxit Israël de médio eórum: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

In manu poténti, et brácchio excélsso: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui divídit Mare Rubrum in divisiónes: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et edúxit Israël per médium eius: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et excússit Pharaónem, et virtútem eius in Mari Rubro: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui tradúxit pópulum suum per desértum: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui percússit reges magnos: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et occidit reges fortes: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Sehon, regem Amorrhæórum: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et Og, **regem Basan:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et dedit terram eórum hereditátem: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Hereditátem Israël, **servo suo:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Quia in humilitáte nostra memor fuit nostri: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et redémit nos ab inimícis **nostris:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui dat escam **omni carni:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Confitémini **Deo cæli:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.


Confitémini Dómino **dominórum:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et **nunc et semper,** * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 3.


Psalmus 136.



Super flúmina Baby-lónis, il-lic sé-dimus et flé-vimus: * cum re-corda-ré- - mur Si- - on:
 In salícibus in médio eius, * suspéndimus órgana nostra.
 Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum:
 Et qui abduxérunt nos: * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.
 Quómodo cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?
 Si oblítus fúero tui, Ierúsalem, * oblivióni detur déxtera mea.
 Adhæreat lingua mea fáucibus meis, * si non memínero tui:
 Si non proposúero Ierúsalem, * in princípio lètitiæ meæ.
 Memor esto, Dómine, filiórum Edom, * in die Ierúsalem:
 Qui dicunt: Exinaníte, exinaníte * usque ad fundaméntum in ea.
 Fília Babylónis mísera: * beátus, qui retríbuet tibi retributióne tuam, quam retríbuísti nobis.
 Beátus, qui tenébit, * et allídet párvulos tuos ad petram.
 Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.
 Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 4.

Psalmus 137.



Confi-tébor ti-bi Dómi-ne in to-to cor - de me- o: * quóni-am audísti verba o- ris me- i.

In conspéctu Angelórum psallam tibi: * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua et veritáte tua: * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me: * multiplicábis in áнима mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini: * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit: * et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: † et super iram inimicórum meórum exténdes manum tuam, * et salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me; † Dómine misericórdia tua in sáculum: * ópera mánuum tuárum ne despícias.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.

A



L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, al-le-lú-ia.

Capitulum.

Rom. 6, 9-10

C

Hristus re-súrgens ex mórtu-is iam non mó-ri-tur, mors il-li ultra non dominá-bi-tur. † Quod enim mórtu-us est peccá-to,

mórtu-us est semel: * quod autem vi-vit, vi-vit De-o. **R.** De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Lc. 24, 34

VI

S

Urré-xit Dóminus ve-re: * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Surré-xit. **V.** Et appá-ru-it Simóni. Alle-lú-ia. **V.**

Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Surré-xit.

Hymnus

VIII

A

D cœnam Agni pró-vi-di, Et sto-lis albis cándi-di, Post tránsi-tum ma-ri-s Rubri, Christo ca-námus
Prínci-pi. Cu-ius corpus sanctíssimum, In a-ra cru-cis tórridum, Cru-ó-re e-ius ró-se-o Gustándo ví-vimus De-o.
Pro-técti Paschæ véspe-re A de-vastánte Ange-lo, Erépti de du-ríssimo Pha-ra-ó-nis impé-ri-o. Iam Pascha nostrum
Christus est, Qui immo-lá-tus Agnus est, Since-ri-tá-tis á-zyma, Ca-ro e-ius oblá-ta est. O ve-re digna hósti-a,
Per quam fracta sunt tárta-ra, Redémpta plebs capti-vá-ta, Réddi-ta vi-tæ prá-mi-a. Consúrgit Christus túmu-lo,
Victor red-it de bá-rathro, Ty-ránnum trudens víncu-lo, Et Pa-ra-dí-sum ré-se-rans. Quásumus, Auctor ómni-um,
In hoc paschá-li gáudi-o Ab omni mortis ímpe-tu Tu-um de-fénde pópu-lum. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne,
Qui surre-xísti a mórtu-is, Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térrna sácu-la. A-men.

Versus.

Lc. 24, 29

¶. Mane nobiscum Dómi-ne, alle-lú-ia. R. Quóni-am advespe-ráscit, alle-lú-ia.

Canticum B. Mariæ V.

Io. 10, 15; H243

Ic-ut no-vit me Pa-ter, * et e-go cognósco Patrem, et ániam me- am po-no pro ó- vibus me-is, alle-lú-ia.

Ic-ut no-vit me Pa-ter, * et e-go cognósco Patrem, et ánīmā me- am po-no pro ó- vībus me-is, alle-lú-ia.

Lc. 1, 46-55

Magní-fi-cat * ánima me-a Dóminus.

Et exsultávit spí-ri-tus me- us * in De-o, sa-lu-tá- ri me- o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres **nostros**, * Abraham, et sémini eius in sácula.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A

Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniæ.

K Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.

P Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,
si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,
sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:

V. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me- am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. De-us, qui in Fí-li- i tu-i humi-li-tá-te ia-céntem mundum e-re-xísti: † fi-dé-libus tu-is perpé-tu-am
concéde læ-tí-ti-am; * ut quos perpé-tu-æ mortis e-ripu-ísti cá-sibus, gáudi- is fá-ci-as pérfru-i sempi-térnis.
Per e-úmdem Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te
Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sácu-la sácu-ló-rum. R. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum. Postea cantatur a cantore:

VII
B

Ene-di-cámus Dó- mino. R. De- o grá- ti- as.